



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Ecclesiæ immunitas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

vicinior. Quòd si in medio est, illud polluitur  
cuius p̄cipuè causa porta est facta. In dubio  
autem cuius causa, quidã dicūt vtrunq; pol-  
lui: ego neutrum dicerem: si. n. cùm certum  
est alterum esse pollutum, alterum non pol-  
luitur, quanto minus cùm dubium est?

\*Vide *Syl. Cæmeterium, Suar. l. c.*

Addit. 3. *De pollutione eccl. præter Suar. l. c. Azor. l. 10. c. 26. à q. 13, Sayrus l. 5. c. 16. de censuris. Vinal. de interdicto à nu. 53.*

P. m. est in ecclesia polluta celebrare. *Naua. Sylu. Suar. l. c. ex communi.*

Episcopus potest concedere, vt in polluta  
Ecclesia celebretur; quia potest permittere ce-  
lebrationem in loco non benedicto. *Suarez l. c. ex D. Tho.*

Ex occisione cum moderamine inculpata  
tutelæ non polluitur. *Vict. nu. 99.*

Res Ecclesiæ malè alienatæ recuperandæ  
sunt. *Gulie. Redoanus de rerum ecclesiæ alie. q. 77. nu. 3. ex c. August. 12. q. 2.*

Ordinarius secundū Archid. nō potest cō-  
cedere, vt partes altaris, vel Ecclesiæ collapsæ  
ad vsus profanos vendantur. *Nau. de spol. cler. §. 18. nu. 11.*

*Ecclesiæ immunitas, vide Ecclesia.*

**G**Audet immunitate etiam Pallatiū Epi-  
scopi, & Hospitale, Oratoriūq; Episcopi  
auctoritate fundata, & cæmeteriū & Monaste-  
riū, & Corpus Christi, cū alio, quā ad carcerē

H s. porta-



portatur. Gaudebāt, & olim quadraginta aut triginta passus circa Ecclesiā, sed id iam nō est in vſu.

\* De immunitate ecclesiæ multa, præter cæteros *Couar. l. 2. var. resol. c. 20.*

\* *Fum. Immunitas nu. 19.* etiā Ecclesia nō cōsecrata. Vide *Nau. c. 25. n. 17. 18. Cou. l. 1. Syl. verſ. Immun. 1. n. 2.* De Christi corpore dubium est. *Cou. l. c. n. 6.* § Gaudebātꝛ vide *Fu. l. c. n. 15. Cou. 5. 2* Non gaudēt immunitate enormia in ecclesia, aut cēmeterio patrātes, nec publici latrones, nec raptores virginū, sed nūc obseruanda est constitutio Greg. XIV. de immun. eccles.

\* Vide *Nau. l. c. nu. 20. Fum. 12.*

Raptoresꝛ *Couar. l. c. nu. 8.*

3 Agrorū depopulatores, vel proditoriē occidētes, vel assassini, vel grassatores viarū, vel hæretici, vel Rei læsæ maiestatis in Principē, tradēdi sunt de licentia Episcopi Curie seculari, ex Ecclesia extracti, & in eo nullum est periculum irregularitatis. *Ex dicta Bulla.*

\* Vide *Nau. l. c. § Assassiniꝛ Couar. l. c. nu. 9.*

4 Gaudere infideles alij aiūt, alij negāt: sunt & qui negant gaudere blasphemos, aut fures, aut mercatores qui decoxerunt, vulgò falliti, aut qui per ecclesiā ducuntur in carcere à satellitibus, aut qui prope ecclesiā delinquant spe immunitatis, aut Clericos, aut Religiosos. Certè solent Clerici auelli inde à Iudice ecclesiastico, quod tamēn quidam improbant.

vt fi



\* *Legē Nau. l. c. n. 20.* { Negāt } Nisi cōfugiant  
 vt fideles fiāt. *Fu. l. c. 9.* { Blasphemos } *Conar.*  
*l. c. n. 11.* { Falliti } Quidam citati à *Conar. l. c. nu.*  
 14. quos tamen ipse putat gaudere immuni-  
 tate. { Prope ecclesiam } *Nau. l. c. n. 22.* { Certè }  
*lege Nau. l. c. & Fum. nu. 10.*

Excommunicato prodest, non tamen hæ-  
 retico eccles. immunitas. *Conar. l. c. versic. 10.*

5 Serui, præstita eis cautione de immuni-  
 tate à dominis, his reddi solent.

\* *Fum. 8. Nau. 19. l. c.*

6 Manu apprehendens ecclesiæ portam, aut  
 vectem, non auellendus.

7 Non violat immunitatē ecclesiæ qui inde  
 volentē extrahit, nec Iudex qui non gauden-  
 tem immunitate inde vi extrahit, aut gaudēti  
 ibi arma aufert, & alia lege prohibita.

8 Confugientem ad ecclesiam, & egentem,  
 ipsa alit. Non potest autem Iudex prohibere  
 quin ad ipsum cibus deferatur.

\* *Alit } Fum. l. c. 17. Syl. Immunitas 3. numer. 3.*

{ Non potest } violaretur enim Immunitas.  
*Conar. l. c. nu. 17.*

Addit. } Violare immunitatem p. m. est, nisi  
 rei paruitas, actusve imperfectio excuset.

*Fum. l. c. 23. ex Caiet.*

Mensam ad vendendas imagines paratam  
 habere in templo n. p. non autem in cœme-  
 terio. *Fum. l. c. 23. Caiet.*

Carcere egressus, præstito iuramento de  
 H 6 rede-



redeundo, si ad Ecclesiam se recipiat, inuitus ab ea auelli non potest. *Couar. l. c. nu. 12.*

Super immunitate Ecclesiarum extat constitutio Greg. XIV.

*Ecclesiasticus, vide Clericus, Ecclesia.*

1 **E**cclesiasticæ personæ dicuntur, quicunque sunt Fori Ecclesiastici, etiamsi sint Clerici.

\*Vide *Syl. Ecclesia* 1. nu. 6.

2 Ecclesiasticus potest præsidere ciuibus ciuilitex.

*Electio, vide Beneficium, Religio.*

1 **E**ligere non potest nec excommunicatus, nec suspensus ab officio, nec irregularis, nec impubes.

\*Vide *Syl. electio* 1. nu. 5.

2 Eligi non potest excommunicatus, aut suspensus, aut interdictus, aut ineptus.

\**Syl. l. c. num. 15.*

3 Non potest eligi in Prælatum Religionis, qui non sit in ea professus.

\**Syl. l. c. nu. 16.*

4 Non vocati ad electionem cum deberent, possunt eam & irritare, & ratâ habere. Quod si vocati non veniunt intra terminum competentem, non sunt expectandi.

5 Electio, si adsit eligentium consensus etiam si desint Iuris positiui solemnitates, tenet in conscientia: nisi lex expressè dicat ne valeat.

Quod